RUPERTUS TUITIENSIS. LANFRANCUS CANTUARIENSIS. HIERONYMUS. ETC.
12. Jh. Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quinto anno idem secundo neronis. eo tempore quo festus pro
consul iudee successit felici rome uinctus mittitur.
& biennio in libera manens custodia ad usus iudeos
de aduentu xpi cottidie disputauit. Sciendum autem
in prima satisfactione nec dum neronis impio ro
borato nec in tanta erumpente scelera quanta de
eo narrant hystorie paulum a nerone toleratum.
ut euangelium xpi in occidentis quoque partibus predicaretur.
sicut ipse scripsit in secunda ad tymotheum. eo tempore
quo & passus est et de uinculis dictat epistolam. In prima
mea satisfactione nemo mihi affuit. sed omnes me
dereliquerunt non eis imputetur. dominus mihi affuit et con
fortauit me. ut per me predicatio compleatur & audi
rent gentes. & liberatus sum ex ore leonis. mani
festissime leonem propter crudelitatem neronem sig
nificans. Et in sequentibus. Liberauit me ait de ore
leonis. & statim liberauit dominus ab omni opere malo &
saluabit in regnum suum celeste quod scilicet presens
sensisset imminere martyrium. nam in eadem
epistola premiserat. Ego iam immolor. & tempus
mee resolutionis instat. Et sic quarto decimo
neronis anno eodem die quo petrus rome pro xpo
capite truncatur. sepultusque in uia ostiensi.
anno post passionem domini tricesimo septimo. Scripsit
autem nouem ad vii. ecclasticas epistolas. Ad romanos
unam. ad corinthios duas. ad galathas unam. ad ef
fesios. i. ad philipenses. i. ad colosenses. i. ad the
salonicenses duas. Preterea ad discipulos ad ty